graphum fe vidisfe apud illustrem Credatii Comitem Jacobum Zabarellam Patavinum magni Philosophi ex filio nepotem. ait Rhodius libro deacia ad men-

HIPPOLYTUS MARACCIUS LU. cenfis è congregatione Clericorum regularium Matris Dei.

Bibliotheca Mariana alphabe. tico ordine digesta & in II. partes divifa, quibus autores qui de Maria Deipara virgine scripferunt cum recensione operum continentur. Romz Typis Francisci Caballi Tomis II. anno 1648.ing. HIPPOLYTUS MARSILIUS Bononienfis. Tractatus Bannitorum. Bononiz apud focietatem. Typographorum fol. 1574.

HIPPOLYTUS RIMINAL-DUS Ferrarienfis, in Gymnalio patrio Professor. Commentarii in primam Digefti veteris partem. Venetiis apud Francif. de Portonariis 1570. in fol.

HIPPOLYTUS SALVIANUS TIphernas, Medicus Romanus.

De aquatilibus Liber cum iconibus centum zri artificiose insculptis. Romz in zdibus auctoris 1557. fol.

HOLOBOLUS Rhetor. De eo Ifaacus VoffusComm. adPomp. Melam Lib. II. cap. 7. pag. 213. Salmafina omnia Dofiada poemata und cum inscriptione Herodis Attici bus urbis Atestinx, quem avto- cum prolixa expositione in lucem dedit,

Digitized by GOOGLE

dit. Sed profecto in omnibus iftis explicationibus nibil omnino est, quod alicujus fit momenti, quod non bauserit ex scholius HoloboliRhetorus, quem totum descripfit nulla tamen ullibi fa-Eta ejus mentione. Geminum (choliorum istorum nactue sum exemplar, alterum Sylburgii , alterum Commelinimanu descriptum. Sed & tertium communicavit Lucas Langermannus. Colomefius in Opusculis p. 138. ait fragmenta ejus quædam extare inter fragmenta Pachymeræà Petavio unà cum Breviario Hiftorico Nicephori publicata & in_ præfatione Gyraldi ad libellum de znigmatibus.

HOMERUS Poëtarum Grzcorum Princeps, qua ztate vixerit inter eruditos non convenit. Vide Vosium de Poetis Grzcis. Bœclerum de Scriptoribus pag. 1. feq. Allatium peculiari Opere de ejus vitâ Lugduni anno 1640. im- | fa. ibid. 1670. in 4. pressô.

De monumento marmoreo ante j paucos annos in ditione Colonnenfium Procerum prope Romam effosfo, & in Homeri honorem abArchelao Prienenfi efficto, vide Kircherum in defcription LATH ubi illud zri incifum exhibet & dilucidat. De numifinatibus nomine & effigie ejus infignitis Spanhemius de ufu Numifmatum pag. 487. leqq.

Opera ejus ILIAS: ODYSSÆA: | Frifium in 12. anno 1670. de Batrachomyomachia & alia

quzdam. Grzcè Florentiz lucem viderunt primum anno 1488.

Grzcè & latinè cum Com.]oan. Spondani Mauleonenfis. Bafilez fol. anno 1606.

Eadem græce & latine 8. Am. stelodami anno 1650.

Eadem grzcè ac Latinè, cum Didymischoliis, accurante Cornelio Schrevelio 4. Amstelodami 1656.

HONORATUS FABER è Societate Jefu Theologus.

Tractatus II. quorum prior eft de Plantis & de generatione animalium. Posterior de Homine. Parifiis in 4. 1666. apud Francifcum Muguet.

Synopfis Optica. Lugduni in 4. anno 1667.

Apologeticus doctrinz moralis Soc. Jefu. Lugduni 1670. fol.

Phyfica in III. volumina divi-

HONORATUS NICOVE-TUS è Societate Jefu.

Nomenclator Marianus, five nomina fanctistimz Virginis ex Scriptura , fanctisque Patribus, Rothomagi 1664.

Tractatus de Angelo Gabriele 8. Lugduni 1653.

Phyfiognomia humana. Lugduni 4. 1648.

Hiftoria Tituli S. crucis. Parifiis 8. 1648. & Amftelodami apud

HONORIUS AUGUSTO-DU-

Digitized by GOOGLE

CURIOSA.

DUNENSIS Presbyter circa annum 1220. clarus.

De mundo as Temporum & Rerum ad Conradum III. five annum 1173. fucce fione Libri III. MS in Bibl. Vindobonensi teste Lambecio Tomo II. Comm. de eap. 2. Vide Vossium de | didit, prodiit Brixix 1582. Hift. L. lib. II. cap. 57.

HONORIUS BELLI diligentiffimus Rerum exoticarum Scriptor vocatur à Thomasino de do-l nariis cap. XI. & addit Obfervatio- | nes ejus Creticas auctoris manu exa-Falas penes se esse.

HONORIUS DOMINICUS CARAMELLA Panormitanus.

Museum illustrium Poetarum Latinorum qui ad hac usq; Tempora scripserunt, cum notis Michaelis Foscareni nobilis Veneti. bri IV. Epodan Liber: Satyra-Venetiis 1651. in 12.

HORAPOLLO Gve HORUS APOLLO Ægyptius, ztatis incertæ scriptor. Hieroglyphica grzcè & latine Augustz Vindel. 1995. in 4. & ibid. correcta, suppleta & illustrata à Davide Hœschelio anno 1605.

Græce & latineParifiis in 4. an. 1618. ex editione & cum observationibus Nicolai Cauffini è Soc. Jefu, unà cum ejus Polyhistore lymbolico.

HORATIUS AUGENIUS à Monte S. Medicus & Philofophus, Professor in Academia Taurinenfi.

Epistolz & Confultationes Me-1

dicz. Venetiis apud Damianum Zenarium 1592. in fol.

HORATIUS DIOLA Bononienfis. Chronicon Francifcanorum à Marco Olysfiponenfi Lufitanice conferiptum, Italice red-

HORATIUS GIANUTIUS. De Ludo Scacchico Tractatus. Taurini Italicè 4. 1397.

HORATIUS PANCIROLA Rhegienfis, Guidonis de quo fupra, Fratris filius. De anno Iubilzo, deque Sacris locis, atque reliquiis Urbis Romz, Italice. Romz apud Aloysium Zanettum 1600.

Q. HORATIUS FLACCUS POETA Latinus Lyricus, sub Augusto Imp. floruit. Opera : Odarum LirumLibri II. EpistolarumLibri II. de arte poëticâ Liber, cum Observationibus Petri Gvaltheri Chabotii, à Joanne Jacobo Grassero editis. Coloniz Munatianz an. 1615. in fol. ap. Ludovicũ Regem.

Cum Dionysii Lambini, Adr. Turnebi & Marcilii commentariis Lutetiz anno 1604. Quæ dux editiones reliquis przstant. Quibus addatur Danielis Heinfit illa cui adjuncti funt duo ejus libri de Satyrâ Horatianâ, Lugduni Batav. anno 1629.

Eadem prodierunt cum. Com. Lævisii Torrentii Antwerpiz 4. 1608.

Cum Comm. Jacobi Cruquii. S 4.1611 2

BIRLIGTHECA

4. 1611. Leydz Cum Comm. Variorum & integris notis Joan. Bond, accurante Cornelio Schrevelio 8. Lugd. Bat. apud Haakios anno 1668.

Abíque Notis, litteris capitalibus. Parifiis fol. 1642. Typis Regiis.

HORATIUS ROMANUS SubNicolaô V. clarus.

fpiratione Stephani Porcarii adversus Nicolaum V. Pontificem, Libris II. ipfi Pontifici Nicolao dicatum. Incipit: Infidius patria quistruxit, & arma parenti nec non | alia poëmata, MS. olim apud Arnoldum Buchellium ICtum Ultrajectinum teste Vossiô de Hist. L. librô III. cap. 7.

HORATIUS TURSELLINUS è Soc. Jesu patria Romanus, obiit anno 1609.

Historiz Lauretanz Libri V. Roma apud Aloyfium Zannet-& deinde Moguntiz tum 1597. anno 1598.

Vita Francisci Xavieri primi è focietate lesu inIndeâOrientali & Japonià Evangelium prædican- de Andream p. 398. Antwerpix 1596. tis.

Continuavit illam fed gallice Dn. Coulon. Parifiis 1648. in 8.

Chaldaice editus est cum interpretatione Latina & Notis Gvili- H. Grotii, intertextis Ciceronis elmi Coddei. 4. Leydæ 1621.

HUGO CARENSIS è diæcefi Ebrodunensi in Delphinatu, ex Ord. Præd. Monachô Presbyter Card. S. Sabinz. Obiit Lugduni anno 1262. teste Possev. T. I. p. 770.

Opera omnia in Universum Vetus & Novum Testamentum, in VIII. Tomos divifa. Vene-Porcaria five poema de con- | tiis in folio ap Sessa an. 1600.

> Speculum Ecclefix & Sacerdo-Parisiis in 4. per Antonitum. um Caillaut anno non additô.

> HUGO FLORIACENSIS (quod Canobium est agri Aurelianensis ad Ligerim situm) sub LudovicôCrassô Galliarum Rege circa annum Ch. 1120.

> Chronicorum Libri VI.editore Bernardô Rottendorfiô Medicô Reip. Monasteriensis, cujus notz accedunt. Monafterii Westphalorum 1638.4.

> HUGO GROTIUS Delphis apud Batavos natus anno 1583. Advocatusfisci Hollandici & Roterodamenfis Syndicus. Obiit Roftochii anno 1645.18. Aug. Vi-

Metaphrafis latina Libri de Epitome historiz Universalis portuum investigandorum ratiad annum 1598. Parifiis 1669. 12. Jone Belgice à Simeone Stevinô fcripti. Lugd. Bat. anno 1599.

Notz in Martianum Cappel-HOSEAS PROPHETA. Ebraice & lam. Syr tagma Arateorum id eft Arati Phznomena ex Metaphrafi | reliqu is: Notz in Aratum : in Ger-

Digitized by Google

Germanici Czf. & Festi Avi, ni interpretationem. ibid. 1600. 4.

Notz in Lucanum. Mare liberum five de jure quod Batavis competit ad Indica

commerciaibid. 1609. 4. De antiquitate Reipublicz Batavz. ibid. 1610. 4.

De jure Belli ac Pacis Libri III. in quibus Jus naturx & Gentium item juris publici præcipua explicantur. Parifiis 1615. 4. & deinde licas & Apocalypfin fol. Parif. 1650. cum annotatis auctoris locupletiores Amstelodami 1631. ap. Gviliel. Blaeu in fol. & ibid. 1642. in 8. de fide & Operibus.8. ib. Appen-

lidem : accefferunt annotata in Epistolam Pauli ad Philemoncm, in 8. ibid. anno 1670.

Florilegium Stobzi. Vide infra v. JOANNES STORÆUS.

Florum sparsio five Notz breves ad jus Justinianeum. in 12. Amftelodami anno 1643.

Cor. Tacitum. Lugd. Bat. 1640.12.

Tragædiæ Sacræ Adamus exul, & Christus patiens ibid. 1601. & 1608. 8.

Poemata omnia collectore fratre Gvil. Grotiô 1617. 8. accessit filva ad Francif. Aug. Thuanum. Parifiis 1621. ap. Rob. Stephani.

Ordinum Hollandiz pietas à Sibrandi Lubberti calumniis vindicata. 1613. in 4.

De Satisfactione Christi, adverfus Socinum. anno 1617. Londini 12. 1661.

Apologeticus eorum qui Hollandiz Weft-Frifizque & vicinis nationibus ex legibus przfuerunt, ante mutationem, quæ evenitanno 1618. quô ea refutantur, qua adversus Grotium aig, alios a-Eta & jadicata fuerunt. Parisis 1622. 8.

Hæc ejus Valerius Andreas recenfet, quibus addantur fequen. Comm. in EpiftolasCathotes.

In Decalogum. 8. Amftel. 1640. de Antichristo Tractatus 8. ibid. dix ad Librum de Antichrifto. 8. ib. Via ad pacemEcclefiafticam. 8. ibid. Votum pro pace Ecclefiaftica 8. ib. De cœnâ S. ibid. 8.

Animatverfiones in animad verfiones Riveti 8. Amftelod.

Rivetiani apologetici, pro schismate contra Votum pacis fa-Notz breves & emendationes in | Eti, discussion 8. Irenopoli 1645. five Amftelodami.

> De veritate religionis Chriftianæ cum animadversionibus 12. Amstel. 1674.

> Libri funt VI. & unà cum annot. in Epiftolas canonicas Parifiis in fol.

> De imperiô fummarum poteftatum circa Sacra Com. posthumus cum scholiis Blondelli & aliis. 8. Hagz 1652.

Philosophorum sententiz de Fato & de eô quod in nostrâ est potestate. 12. Amstelod: 1648. ObfiObfidio Grollz. f. ib. 1629. Excerpta ex Tragædiis & Comædiis Grzcis. Parifiis 4. 1626.

De studiis instituendis differtatio.cum aliis Amstelodami 1645.

Poëmata 12. ib. 1670.

Epiftolz ad Gallos 12. Leydz 1648.

Differtatio de origine gentium Americanarum 8. Amftel: Annales & hiftoriz de RebusBelgicis. ib. 1657. fol.

Hiftoria Gothorum Vandalorum & Longobardorü 8. ib. 1655.

Epiftolz ad Berneggerum. 12. Argentorati 1667.

Epistolæjad Israelem Jasky 12. Dantisci 1671.

HUGO Episcopus LINGO-NENSIS. Tractatus adversus Berengarium de S. Evcharistià, editus à Lucâ Dacheriô, unà cum Lanfrancô. vide infra v. Lan-FRANCUS.

HUGO MENARDUS Parifinus, Ordinis S. Benedicti Congreg. S. Mauri in Galliâ.

Martyrologium SS. Ordinis S. Benedicti, cum obfervationum II. Libris. Parifiis apud Joan. Germont & Joannem Billaine 8. 1629.

HUGO SEMPILIUS è Soc. Jefu. De difciplinis Mathematicis Libri XII. Antwerpiz apud Balth. Moretum f. 1635.

HUGO de S. VICTORE na- noz in fol tione Saxo, Canonicus Augusti- Rynman.

nianus, vel juxta alios Regularis, Abbas Cœnebii B. Victoris Parifiorum circa annum 1170. clarus. V. Poflev. T. I. p. 771.

Opera omnia III. Tomis. Venetiis anno 1588. apud Joan. Bapt. Somafcum annot. Thomz Garzonii.

Eadem Tomis III. Rothomagi in fol. 1648.

HUGO Monachus Abbatiz S. VITONI Virdunenfis, quâ reli-Etâ Abbas S. Petri Flaviniacenfis in Burgundiâ electus fuit. Chronicon Virdunenfe, ab aliis Flaviniacenfe infcriptum, Hiftoriam fæculi XI. poft Ch. natum complectens. Ex avtographô auctoris quod Parifis in Collegio Soc. Jefu Claremontanô adfervatur publicavit Philip. Labbæus Tomô L. Bibl. novæ.

HUGOLINUS VERINUS circa annum 1490. claruit, patriâ Florentinus. Vide Vossium L. III.c. g. de H.L. De illustratione Florentiz Libri III. Carmine heroicô. Lutetiz Typis Rob. Stephani junioris an. 1588. è. Bibliothecâ GermaniAudebertiAurelii.

HUMBERTUS Viennenfis Gallus, Sextus Ord. Prædicatorum Generalis circa annū 1245.

Sermones ad varios & de variis CC. editore Pallante Spangelio Professore Heidelbergensi. Hagenoz in fol. anno 1508. curâ Joan. Rynman.

lidem

- Digitized by GOOgle .

CURIOSA ١.

lidem Venetiis anno 1003. apud | Gromatica cum Commenta-Marcum Antonium Zalterium.

mi Congensium idiomatis facili- libellus de caftris Romanorum. pri captu. Romz g. 1659. Typis grzce & lat. Amstelod. 4. 1660. Congreg: defide.

Doctrina Chriftiana, ad profectum millionis totius RegniCongi in IV. Lingvas distincta. ibid. 4. 1650.

HYACINTHUS CHOOVETIUS Infulenfis, Ord, Prædicatorum S. Th. D. Dvacianno 1629

De Sanctis Belgii ex ordine 1565. in fol. Prædicatorum liber fingularis [Duaci Typis Belleri 1616. 8.

"C. Julius HYGINUS, Augusti Imp. liherous, patria Hilpanus, vel bardicz. juxta alios, teste Syetoniô libellô de illustribus Gram. Alexandrinus, vide Vosium Lib, I.c. 20 deH.lat. Liber Fabularum apud Commelinum an. 1599, in 8.

Idem Lugduni Batav. apud Gaesbeekios in 12. an. 1670.

Aftronomicon poeticum Fabio cuidam inscriptum. Venetiis apud Aldum anno 1499. & Lugduni per Joan. Degabianum an. 1608.

Utrumque opus, cum annot. Joan. Scheffen & Thomz Munckeri Hamburgi apud Gothofredum Schultzium 8. anno 1674.

HYGINUS Gromaticus temporibus Trajani clarus.

-4},

riô Radbodi Hermanni Schelii. HYACINTHUS BRUSCI- Domini Veneburgz & Welbur-OTTUS à VertrallaCapuccinus, jgz, Ifelmudani Trantifulaniza. Regulz quzdam pro difficilli- gri Przfidis. Additus eft Polybi

ULENG UU

1011 TACOBUS ÆMYLIANUS Ferrarienfis. Confilia Juridica cum summariis & repertoriô Joan. Bapt. Zileti Veneti, curâ Alphonfi Banchi JC. Ferrarienfis. Venetus apud Vinc. Valgrifium

JACOBUS ALBERICUS SarnicenfisBergomas, OrdinisErem. S. Augustini Congregat. Lom-

Catalogus illustrium ScriptorumVenetorum Italice. Bononiz apud hæredes Joan. Rossi 4.1605.

JACOBUS ANGLIÆŘex, obiit anno 1624. mense Martiô; De ejus eruditione confer Becmanni hiftoriam polit. pag. 374. Carafamin Germania restauratập.9.

Opera omnia, inter que precipua fere: Paraphrafis in Apocalypfin: Dzmonologiz Libri III. Bafilicon doron. Jus liberæ Monarchiz. de abusu Tabaci. Orationes & meditationes variæ. editore Jacobo Montacutiô Episcopô Wintoniensi. Londini apud Bonhamum Nortonium & Joan

Toan. Billium Typographos regios. 1619. in foliô.

Philippi Nerii Florentini, Congregationis Oratorii Romz fundatoris, Viri Sanctitate celebris. Romz 4. 1635.

IACOBUS BERENGARIUS Carpenfis, quod oppidum eft agri Mutinenfis. De fractura cranii Liber fub Jacobi Carpi nomine Bononiz 1518. recufus denuò Lugduni Batav. ap. Joan. Maire in 8. 1629.

Commentarius in anatomiam Mundini Medici Bononia 4. 1521. apud Hieronymum de Benedi-Etis. Vide Placcium ad Joan. Rhodir indicem fuppofit. Scriptorumn. III.

JACOBUS BIEUS Antwerpianus Chalcographus. natus anno 1581. Les vrays Portraits des Roys de France, tirez des Sceaux, medailles, & autres effigies, par Jacques deBie, seconde edition, augmentée de nouveaux portraits & enrichie de leurs eloges & Vies, par le PereHilarion de Coste Minime, Parifiis 1636. in fol. chez Jean Ca-`mulat.

La France Metallique contenant les actions celebres tant publiques que privées des Roys & des Reynes, remarquées en leurs | rofolymitani P. II. Italice. Romz medaillés d'or, d'argent & de | e Vaticana Typogr. 1594. bronze, tirées des plus curieux ca-

· Les familles de la France illuftrées par les monumens des Me-IACOBUS BACCIUS. De vità dailles anciennes & modernes. ib.eod.

> Omnia bac, ait Labbzus Bibl. Bibl. pag.227. propemodum conficta funt ad libitum, fucumque faciunt minus cruditis.

> Numifmata Imperatorum Romanorum aurea, argentea & zrea aC. Julio Cafare ufque ad Valentinianum Augustum. Antwerpiz 1617, in fol. apud Bellerum.

> **JACOBUS** BONFRERIUS Dionantenfis Eburo, è Soc. Jefu Doctor Theologiz, Duacidocuit. Andrez p. 402.

> Commentarius in Pentateuchum Moysis & præloquia in totam S. Scripturam. Antwerpiz ap.Moretum in fol. anno 1625."

> Com. in Jofuam, Judicum& Ruth accessit onomasticum urbium & locorum S. Scripturz, five Liber de Locis Hebraicis, ab Eusebio primum grzce, ab Hieronymo latin è scriptis cũ variis additamentis. Parifiis typis Seb. Cramoify 1631. fol.

> Comm. in Libros Regum & Paralipomenon T. II. Tornaci fol. 1643.

> JACOBUS BOSIUS. Hiftoria Ordinis militaris D. Joannis Hie-

De cruce Triumphante Opus. binets.Parif. chez le mesme f. 1636. Antw.apud Moretos 1617. in fol.

la-



146

CURIOSA.

Ordinis Capuccinorum. ... De Ecclefia ante Legem. Parit | anna 1625.4. fiis 1626. apud Landry. Commentarii in Jobum. Pariliis 1617. in tol. De Oggio Christiano Tract. nenfi clarus. Lugduni 4. 1640. JACOBUS BRACELLUS Genuentis circa annum 1500.vixit. 2 De bello inter Hispanos & Genuenfes fuo tempore gesto Libri N.editore Bartholomzo Gorla. Roma 1579. apud haredes Antonii Bladi:additus eft Liber de illucionator. stribus Genuenlibus Et Orz Ligufficz descriptio. / Habentur quoq; in Italia illustrata Andrez Schotti.

PRIACOBUS BUTRIGARIUS **<u>IC.</u>** Bononienfis.

In primam & feçundam, Digefi veteris partem commentarius. Romæ, Typis Lepidi Facii in fol. anno 1606.

JACOBUS CALVUS de Al- 1584. f. berto, archipresbyter Tufculanus. Synaxis curz animarum ex doctrina S. Thomæ de Aquino, fincerè fummatimque collecta. Ro-1 fol. mz ex offic. Aloysii Zanetti 1600.

JACOBUS CAVACIUS Patavinus. Monachus Congregationis Caffinentis.

Libri VI. historiarum Cœnobii D. Jufting Pataving. Venetis apud Societatem anno 1606.

-11

JACOBUS BOULDUCUS | gia five Viri religiofi Museum. Venetiis in Typographia Pinelli-

> JACOBUS de CESSOLIS Lombardus Ordinis Przdic. circa annum 1295, teste Antonio Se-

> De ludo Scacchorum five de moribus hominum officiisq; Nobilium super eo Commentarius. Mediolani excufus anno 1407.

JACOBUS CORENUS Ordi, nis Minorum regularis observane tiæ, Provinciæ S. Ludovici con-

Clypeus patientia in auxilium quorumcunque afflictorum, Vez. netiis 8. 1643. apud Combi.

Observationes in Evangelia Quadragesimalia Lovanii 4. 1693. JACOBUS CUJACIUS Thelofanus JCtus excellens. Obiit Biturigibus Avaricum anno 1590, Opera omnia in Tomos V. digesta. Parifiis ap. Seb. Nivellium

Eadem in X. Tomos divisa studio & opere Caroli Annibalis Fabroti JC. Parifiis 1658. & 59. in

JACOBUS DAMIANI. Ta, bleauRacourci de ce qui f'est fait par la Compagnie de Jesus durant son premier Siec le. Composè en Latin par le R.P. Jacques Damiens & traduit en François patle R.P. François Lahier; tous Illustrium anschoretarum Ela- [deux de la même compagnie. A Tour-2

A Tournay de l'imprimerie d'Adrien Quinque 1642.4.

CESLAUS DOBRZENSKY de Negro-ponte Professor extraordinarius Medicinz in academia Pragenti.

Nova Philosophia de fontibus. Ferrariz fol. 1659.

JACOBUS DUPORTUS'S. Th. D. Decanus Petroburgenf. CollegiiD.Magdalen z apudCantabr. Præfectus.

- Salomon Junifp G. five III. Libri Salomonis Proverbia, Eccle-1 flastes & Canticum graco carmine redditi. 8. Cantabrigiæ 1646.

Job græcô carmine redditus. ib. 8. 1653.

JACOBUS FONTANUS San Maximitanus, primarius Medicus & in acad. Aquenfi Borbohica Professor Regius.

Opera omnia Medica. Colon. Allobrogũ ap. Chovetios 4. 1613,

JACOBUS FULIGATTUS è Societate Jelu.

Vita Roberti Bellarmini Italicè, Latinè reddita à Sylvestro Petra-Sanctâ. Antwerpiz in officina Plantiniana Balth. Moreti 4. 1633.

IACOBUS GADDIUS Florentinus. De Scriptoribus non Ecclefiafticis, Grzcis, Latinis, Italicis. Tomus I. Florentiz typis Amatoris Maffx 1648. f.

De iisdem Tomus II. Lugdunianno 1659. in fol,

Adlocutiones & Elogia exemplaria Cabaliftica, oratoria, mixta, JACOBUS JOANNES WEN- fepulcralia. Florentiz ap. Petrum Nelteum 1616. 4.

Elogia historica foluta & viactâ numeris oratione perscripta & notis illustrata ibid.apud Amatorem Massam 4. anno 1637. 1 ---Elogiographus five varia Elogia. ibid. in 4. apud eundem. -4 **L** JACOBUS GAFFARELLUS S. Th. & Canonum D. Protonotarius Apostolicus; & D. Catharinæ Prior, ac Amelii perpetuus Commendator. R. Eliz de fine Mundi Tractatus latine versus cum Notis. Parifiis 8. 1629.

Curiofitez inouyes fur la scutpture Talismanique des Perfans, horoscope des Patriarches & le anre des Eftoilles. Parifiis 8,1629. apud Hervzum du Mesnil. ibid. 1630. & Roven in 9. an. 1650. quem librum ipfe auctor rurfus refutavit. Vide Labbai Bibl. Bibl. p.356.

Index Codicum MS. Cabalifticorum, quibus usus Picus Comes Mirandulz. Parifiis apud viduam Hieron.Blageart anno 1651.

JAOOBUS GAUFRIDUS Tauroentius Gallus. Vindicata antiquitas live Parechafis Encomiastica, pro Curiositatibus inaudittis' Jacobi Gaffarelli. Parmz 1634.in 4-

JACOBUS GAULTERIUS Annozensis čSoc. Jesu.

Digitized by GOOGLE

Ta-

CURTOSA.

Tabula Chronographica à Chri- | eod. defamofis latronibus invefto ad noftra ufq; tempora dedueta ad Henricum IV. Francorum Regem 1609. Latine autem Pánfiis anno 1614: & Lugduni fumtib.Horatii Cardon anno 1616.

JACOBUS GOAR Ordinis Przdic. Euzeroziov Gracorum five Rituale è MS. editum ac notis illustratum græce & latine è regione! Parifiis fol. 1647.

JACOBUS GOLIUS Profeffor Arabicz Linguz in Academia Leydenfr. Lexicon Arabico-Latinumfol. Leydz 1653.

Hiftoria Tamerlanis Arabice AhmedeArabschia auctore.ib.4.1636.

IACOBUS GOTHOFRE. DUS Parifinus Juris Civilis in Acad, Parifina Profeffor. Ad Linutus omnino Codicis Theod lib.XII. de paganis Com. Genevæ itt 4.1616.typ.Gothardi Vægelini,

Vetus orbis defcriptio autoris anonymi Græci. ibid. 1628.

[•]Animadverliones Juris civilis. Coloniz Alfobrogum 1628.

Comment. in Codicem Theodofii Imp. Vide fupra: Codex Theod.

Com.in Libanii orationem pro Templis gentilium.

Exercitationes de Ecclefia & incarnationeChr. 8.Genevz 1649.

FragmentaXII. Tabularű 4.1616. Opufcula varia Juridica, Politi-

ca, historica, Critica. 4. ib. 1654. Fontes juris civilis 4. ib. 1653 De diversits Regulis Juris. 4. ib. | moify.

Rigandis 4 ibid. 1652. Diatribe de jure pracedentia

4.10.1664.

Tractatus de Salario 4. ib. 1666. JACOBUS de GRAFFHS capuanus Ordinis D. Benedicti, Abbas Cassinenfis & diæcefis Neapolitanæmajor Pænitentiarius.

Decifiones aurez cafoum confcientiæ Libris IV. Venetüs apud Damianum Zenarium 1593.

Earundem Pars II. 4. Auguftæ Taurinorum an. 1597.

ACOBUS GREGORIUS SCOTUS. Vera circuli & hyperbolz quadratura in propriâ fiia proportionis specie inventa & demonstrata. Patavii 4. anno 1667. vide. acta Anglicana anni 1668, pag. 23. edit. Belgiez.

"Géometriat pars Universalis, quantitatum curvarum transmutationi & mensurz inferviens. ib. 1668. 4.

JACOBUS GUTHERIUS Calvimontanus Lingo, in Parifienfi fenatu advocatus.

De veteri jure Pontificio Urbis Romz Libri IV. Parifiis apud Nicolaum Buon 1612.

Dejure Manium five de ritu, more & legibus prisci funeris Libri III. ibid. apud eundem. 1615.

De officiis domus augusta publicz & privatz Libri III. Parifiis 4. 1628. apud Sebastianum Cra-



JACOBUS HAN Argentinenfis. Oratio habitaSpiris in Synodô ad tu Cleriorum è MS. edita extat a- | STUNICA. pud Joan. Conr. Dietericum additionib. ad Flacii Catalog.p. 238.

JACOBUS BONAVENTURA HEP-BURNUS Scotus, Ordinis S. Francisci de Paula.

Virga aurea LXXII. encomiis B. Mariæ celata: in quâ 72. diverfifimorum characterum continentur alphabeta totidem emblematis decorata. Rome 4. apud Philippum Thomasium, cum privi- | legiô Pauli V. 1616.

JACOBUS HERTELIUS. Fragmenta vetustisimorum quinquaginta Comicorum græcorum collecta. Veronæ 1616.8.

JA COBUS LAURUS Romanus. Antiquz urbis splendor sive przcipua Urbis Romanz Templa, amphitheatra, Circi, arcus triumphales & alia fplendida ædificia ac | monumenta in æs incifa. Romæ 4. 1612, apud Andream Phzum.

JACOBUS LECTIUS JC. Gene-! venfis, in Patria Professor, obiit anno tort in Patria, ztatis LIII. Poëtz grzci omnes, qui heroicô carmine scripsere, cum interp. latinâ ab eô recenfiti. Aureliz Allobrogum in fol. anno 1606.

denfis, Ord. Minorum.

Sermones quadragefimales. Parifiis in 4. anno 1499.

JACOBUS LOPEZ STUNI-CA Hispanus circa annum 1520. Cleru an. 1439. die ult. April. de fta- | vixit. vide fupra DIDACUS LOPEZ

> JACOBUS MALBRANCQUE Audomarenfis è Soc. Jesu anno 1600.

> De Morinis corumque rebus ab anno ante Christum CCCIX. adannum ejusdem Loccu. Tornaci 1639. 4. apud Adr. Quinquè.

JACOBUS MALDONATUS Sapharenfis Hifpanus, ex câ regione, que Estramadura appellatur, genere nobilis, Soc. Jefu facerdos. Dominici à Soto in academià Salmanticensi & Francis. Toleti discipulus, docuit Romæ & deinde Parifiis. Obiit anno ætatis vixdum quinquagelimô ineunte Romz anno 1984,

Commentarii in IV. Evangelia Lutetiæ Parif. apud Joannem Billaine in fol. anno 1639. & ibid. fol. anno 1651.

Commentarii in Pfalmos : Proverbia: Ecclesiasten: Canticum Canticor. Sapientiam: Ifaiam: Ieremiam: Baruch : Ezechielem: Danielem: Pfalmum 109. ibid. Sumptibus Sebaft. Cramoify fol. 1643-

JACOBUS MANDELLUS Patritius Albenfis, JCtus. Obiit JACOBUS de LENDA aliàs Lau- | Papiz anno 1555. Etatis XLV.

Confilia juridica, curâVincentii Annibaldi Valentini JCti, qui & vitam præfixit. Francofurti fum-



CURIOSA

-TACOBUS MARZARUS VincentinusHiftoriaVincentina Libris II. Vincentiz 4. 1604. apud Georgium Grzcum. Italicô idiomate.

JACOBUS MAZOCHIUS Bibliopola academixRomanx. '

Epigrammata urbis Romæ antiqua in unum collecta. Romz ișzi.fol.

JACOBUS MAZONIUS Czfenas. Vide de eôErythrzűPinac. Parte I. num. 38. Imperialem in Museo p. 238. Obiit anno 1603.

Methodus de triplici hominum Vitâ, activâ, contemplativâ & religiofà Libri III. quaftio-1 nibus quinque millibus centum | timScuczini, partimCracovizex-& nonaginta septem distincta. Czfenz excudit Barthol. Raverius anno 1577.

In universam Aristotelis & Platonis Philosophiam przludia. Venetiis in fot. 1597.

JACOBUS MENTELIUS Medicus Parifienfis.

De verâ Typographiz origine Tractatus Parifiis 4. 1650.

JACOBUS MICALIA è Sociétate lesu. Dictionarium Illyri-Romz 8. Typis Congr. cum. de fide propaganda 1649.

JACOBUS PHILIPPUS O-PICELLUS civis Mediolanenfis, S. Theol. Doctor. MonuJacobum Comum.

JACOBUS PALMERIUS à Grente, mesnil, Miles Cadomenfis.

Exercitationes in Optimos ferè auctores gracos antiquos. Lugduni Bat. ex officinâ Gaefbeekiorum 1668. 4.

JACOBUS PINO Parifienfis curiæ Senator.

De annoRomanô carmen cum Editio II. Paannotationibus. rifiis apud Sebaft. Cramoify 1630.

JACOBUS PRILUSIUS Caftrenfis Przmislienfis & terrestris Craco. viensis Notarius ac ædilis circa. annum 1553.

Leges & Privilegia Regni Poloniz in Libros VI. digeffit & parcudi in fol. curavit.

IACOBUS PURLILIARUM COmes. Epistolz familiares; quarum vidi antiquissimam editionem in fol. abs loci & anni notatione excufam.

JACOBUS RIGOS à Malloscô J. U.D. in Viennenfi academiâ olim civilis, deinde Canonici juris interpres & Confiliarius Regius.

In titulum Pandectarum de verborum & rerum fignificatione Commentarius. Noribergz apud Endteros in 4. anno 1671.

IACOBUS ROLANDUS de Belebad Chirurgus Salmurienfis.

Aglossoftomographia five dementa Bibliothecz Ambrolianz. [scriptio Orisfine lingua quod per-

perfecte inquitur, & reliquas fuas functiones naturaliter exercet. Gallice, Salmurii anno. 1630. Latine autem extat Toms III. Mifcellaneorũ curioforum cum annot. Caroli Reygeri Med. D.

JACOBUS SALIANUS Avenionenfis Presbyter è Societ. Jelu,

conditô ad Nativitatem Christi Tomis VI. annexi funt Angales Imperiorum Affyriaci, Babylonici, Pèrfici, Grzei & Romani. Lu₁ tétiz Parif. apud Sebast. Cramoifyfol. anno 1625.

JACOBUS SBROZZIUS J.U. D. De vicarii Episcopi officio & potestate Tractatus. Venetiis apud Robertum Mejettum anno 1606.

JACOBUS ANGELUS SCARPARIA Narratio historica de vitâ M. T. Ciceronis, curâ Wolfgangi Peri-Aerii Borusti vindicata Romæ ab interitu. Berolini 158.1. Meminit Sagittarius de vitâ ejuldem. Cicerostis pag. 72.

JACOBUS SIMANCA Septimantiticenfis (que vulgo Simanca) ex Senatore Regio Vallifoletano Episcopus Pacenfis.

Collectanca deRepublica. Val, lifoleri anno 1565.

JACOBUS SIRMONDUS È Societate Jelu, patrià Ricomagenfis Arvernus. Triplex nummus antiquus, Christi Domini, Perperenæ civitatis, Hanniballiani Regis.

Parifiis apud Seb. & Gabr. Cramoify 1650. 8.

Anti-Triftani duo adverfus Joannem Triftanum, qui libellum, de triplici nummô im pugnaverat ibid. cod.

Vetustissima inscriptio, qu'à Lucia Cornelii Scip. Barbati elogium continetur, Romæ reperta & annot, illustrata, additis nonnullis ab Hieronymö Aleandrô, Romæ ex Typogr. Barthol. Zannetti 4. 1617. & Parisis eôdeman.

Concilia antiqua Galliz omnia in unum collecta. Voluminibus III. Parifiis 1629.

Prædeftinatus five de Prædeftinatianorum hærefi Tractatus Amstelodami in 8.1645. St deinde Parifiis anno 1649.

Historia publicæ pænitentiæ & de azymô, ibid. 1651.

Quz in varios antiquos auctores, recens editos, elucubravi, vide fuis in locis.

JACOBUS SPIEGELIUS Se leftadianus JCtus Germanus.

Lexicon juris civilis. Basilezapud Joan, Hervagium. 1554.

JACOBUS de SYLVESTRIS Florentinus. Opus Latinô-Italicum de Cryptographiâ. Romz 1526.

JACOBUS TAMARO. De epilepfiz curatione Liber. Hilpali 4. 1589.

tiquus, Christi Domini, Perpere- JACOBUS de THERAMO Canonæ civitatis, Hanniballiani Regis. nicus Aprutinus, circa annum-1385.

CURTOSA

355. Vide Eyfengrinii Catalogum f. 149. Confolatio peccatorum five dialogus de redemptione humani generis. Auguftæ Vindel. 1472. per Joan. Schüsler.

JACOBUS PHILIPPUS THOMASI-NUS, Patavinus, S. Th. D. Episcopus Æmoniensis in Istria.

Petrarcha' redivivus five Francifci Petrarchæ: & Lauræ nobilifimæ follminæ vitæ & hiftoriæ: addita vita Petrarchæ defcripta à Leonardô Aretinô, Paulo Vergeriô, anonymô quodam, Jannotiô Manetto, & Ludovicô Beccadellô, nec non figuræ quædam æri incifæ Editio II. Patavii in 4. Typis Pauli Frambotti. 1650.

Elogia Clarorum Virorum & effigies. Patavii, apud Donatum Pafquardum 4. 1630.

Elogia & effigies illustrium Virorum Tomus II. ibid. Typis Seb. Sardi anno 1644. in 4.

De publicis & privatis Bibliothecis Patavinis,eorumque MSS. Utini 4. 1639. apud Nicolaum. Schirattum.

De publicis & privatis Bibliothecis Venetis eorumve MSS. Typis ejusdem 1650.

De Bibliothecâ & Mufeo Laurentii Pignorii Liber ad illuftriff. Dominicum Molinum Senatorem Venetum. Venetiis 1632.in 4. apud Joannem Petrum Pinellum: & Amftelodami apud Andr. Frifium 4. 1668.

Vita Titi Livii Patavini. Utini 4. 1630. & Amftelodami apud Frifium 12. 1670.

De Canonicis Szcularibus S, Georgii de Alga. Utini 4. 1641.

De donariis & tabellis votivis Veterum Liber fingularis ad Francif. Barberinum. Utini 4. 1639. & Patavii Typis PauliFrambotti anno 1654. 4.

De Tefferis hofpitalitatis & jure hofpitii apud veteres, cum figuris. Utini in 4. an. 1647. & Amitelodami apud Frifium 12. 1670.

De gymnafiô Patavinô Liber, Utini 1654. 4. apud Schirattum. Prodromus Athenarum Pata-

vinarum ad Cives Patavinos; 1633. in 4.

Parnasius Euganeus five des Scriptoribus ac Litteratis hujuş zvi claris ad Petrum & Jacobam Puteanos FF. Patavii 4. Typis Sebastiani Sardi 1647. Opus mendofisimum appellat Labbæus in Bibliothecâ Bibl. p. 96.

Manus zrez Cecropii votum referentis delineatio & dilucidatio cum figuris. Patavii Typis ejusdem 1649. & Amstelodamiapud Frisium 1670. 4.

Infcriptiones urbis Patavinæ Sacræ & profanæi Patavii 4. 1649. Infcriptiones Territorii Patavini cumomiffis in priore volumine ibid. 4. 1654.

Oratio de Laudibus B. Hieronymi.ib.1610.

IA-

JACOBUS AUGUSTUS THUANUS Præfes Parliamenti Parifien**fis, o**biit anno 1617. die 7. Maji.

Hiftoriarum Libri 120. Tomis III. comprehenfi Parifiis 1610. in fol. apud Drovartos,& deinde

Tomis IV. Francofurti cum. continuatione in fol. anno 1625. quæ editio pro optima à nonnullis habetur. Editi etiam funt Genevæ in fol. anno 1620. Francofurti in 8. anno 1614.

Thuanæa five excerpta ex ore Jacobi Aug. Thuani per Fratres Puteanos. 1669. in 8.

Plura de eo dicam in Syntagmate de Claris Bibliothecariis.

JACOBUS TIRINUS Antwerpianus, è Soc. Jefu. Obiit in patria anno 1636. ztatis LVI.

Commentariorum in Vetus & Novum Teftamentum Tomi III. Antwerpiz Typis Martini Nutii 1632. fol. & ibidem anno 1656.

JACOBUS TRAJECTANUS Monachus Olivetanus in Italiâ.

De modo vifitandi & corrigendi fubditos: deque ratione inquirendi in eorum defectus. Brixiz 1500. apud AngelumBritannicum.

JACOBUS TRIBESCUS Brixianus Canonicus Regularis Lateranenfis.

Responsiones ad mille quzsita | mum Aconensis in Syria, dein. in omniferè facultate ex operibus | Tusculanus & anno M. CC. XXX. D. Augustini excerptz & in u. | à Gregorio IX. S.R.E. Cardina-

JACOBUS AUGUSTUS | num congeftæ. Venetiis apud [UANUS Præfes Parliamenti | Antonium Ferrarium 1583.

> JACOBUS TIMÆUS Amersfortius, diœcefis Ultrajectinæ, artium & S. Th. D. Coloniz in Burfà Laurentiana.

> Commentarii in Ariftotelem. degeneratione & corruptione & in Meteora. Coloniz apud Henricum Qventel 1497.

> JACOBUS TYPO IUS DieftemenfisBrabantus, Rodulphi II. Imp. Hiftoriographus. Obiit-Pragz anno 1600.

De Fortuna Libri III. de Jufto five de Legibus L. II. de falute, Reipublicæ L. II. de Fama Libri II. Francofurti Typis Palthenianis 1595.8.

Symbola divina & humana. Pontificum, Imperatorum, Regum cum iconibus artificiofis, edente Raphaele Sadelero Pragz anno 1600. in fol. Tertium adjecit Anfelmus deBoodt Brugenfis, Medicus Imperatorius. Typis etiam excufa funt Francofurti anno 1653.in fol.& Arnhemii 1660. in 12.

JACOBUS de VITRIACO natus Argentolii, (quod est diacefis Parifiensis oppidum ad Sequanam staviam) Ogniaci ad Sabim sluvium diæcesis Leodicensis, Canonicus S. Aug. Episcopus demum Aconensis in Syria, dein_s Tusculanus & anno M.CC.XXX. à Gregorio IX. S.R.E. Cardinalis

554

CURÍOSA.

lis creatus. Obiit Romz anno 1244.

Hiftoriz Orientalis & Occidentalis Libri III. quorum duo priores Duaci funt editi anno 1597. 8. Typis Belleri, cum auctoris Vita, ab Andrea Hojô compositâ : tertium Jacobus Gretserus Horto Crucis inferuit. Extant & Tomo I. Hiftoriz ¡Orientalis à Iacobo Bongarsio publicatz.

Sermones in Evangelia & Epiftolas totius anni. Antwerpiz anno 1575.

JACOBUS ULFELDIUS Dominus in Ulfeldsholm & Selfou, Regius Confiliarius & Eques Danus.

Legatio Moscovitica five Hodæporicon Ruthenicum, operâ Melchioris Goldasti. Francofurti apud Mathæum Merianum. 1627. in 4.

JACOBUS de VORAGINE five Viragine, Liguriz oppidô, Przful Genuenfis circa annum. 1275. clarus.

Hiftoria Longobardica, vulgo Legenda aurea appellata, fabulis plutibus repleta. Vide Voffium de Hift. Lat. lib. II. cap. 60. Prodiit illa Noribergæ per Antonium Koburger anno 1501. in fol.

Expensis circumspecti viri, Joannis Rynman de Oringau archibibliopola in officimâ industrii Henrici Gran imperialis oppidi Hagenavenfis civis anno 1516, în fol.

Daventriz apud Richardum_ Paefrod in fol. anno 1483.

Bafilez per Nicolaum Kesler anno 1486. in folio.

Ex editioneClaudii à Rotâ Dominicani. Rothomagi apud Petrum Regnaud 1546. fol.

Hasce editiones hactenus vidi, Historia Genuensium MS. olim apud Jac. Gaffarellum teste Thomasino libello de BibliothecisVenetis.

JACOBUS USSERIUS Dublinienfis, anno 1580. natus, Archiepifcopus Armachanus & Hiberniz Primas, obiit anno 1655.

Antiquitates Britannicarum. Ecclefiarum: quibus inferta eft peftiferz adversus Dei gratiam à Pelagio Britanno in Ecclefiam inductz hzreses historia. Dublinii in 4. Typis Societatis Bibliopolarum 1639.

Veterum Epistolarum Hybernicarum Sylloge. Parifiis ex officina Ludovici Billaine 1665. 4.80 anteà Dublinii anno 1632. '

Differtatio de Cainane Londini 1655. Annalium Ecclesiafticorum Tomi II. Veteris ac Novi Teftam. Londini 1650. & 1654.

Chronologia facra & de Symbolis fidei. Oxonii 4. 1660.

De Macedonum & Afianorum anno Solari. 8. Londini 1648.

Hiftoria Gottefcalci & de controversia Przdeftinatiana 8. Hanoviz anno 1662.

<u>_</u>_____

Digitized by Google

De

fuccessione & statu. ibid. 8. 1658.

Syntagma de LXX. interpretum verfione: & LiberEftherz ex II. MSS. codicibus Bibl.Arundellianz editus. Londini 4.1655.

Epistola de Textus Hebraici Lectionibus. 4. ibid. 1652.

IACOBUS WARÆUS Hibernus. Eques auratus.

De Scriptoribus Hiberniz Libri II. Prior continet Scriptores in Hibernia natos: Posterioralios, qui in Olibernià munera aliqua. obierunt. Dublinii anno 1639.in 4. apud Societatem Bibliopolarum.

De Hibernia & antiquitate ejus. Londini 8. 1654.

De Przsulibus Hiberniz Commentarius, à primâ gentis Hibernicz ad fidem Christianam conversione, ad nostrausque Tempora. Londini in fol, apud Ben-| botti. in 4. 1674. jaminum Tooke.

Opufcula S.Patricii edidit. vide infrav. PATRICIUS.

IACOBUS WEMMERSAnt. werpianus, Ordinis Carmelita-£um.

Lexicon Æthiopicum & inflitutio Linguzejus. Romz 4.1638. Typis congreg. de fide propag.

JACOBUS WIMPHELIN-GIUS Presbyter Ecclefiz Spirenfis circaannum 1500.

Catalogus Archiepifeoporum

De Chriftianarum Ecclefiarum | no 1508. apud Joan. Grüninger. & curâ Joan. Mich. Moscherosch Argentoratiin 4. anno 1651.

Épitome Imperatorum ac rerum in Germania gestarum. Hanoviæ anno 1594.

JACOBUS WINDET Medicus Londinenfis.

Epistola de statu vitâ functorum Londini 1663.

JACOBUS ZABARELLA Comes Magnæ crucis, Eques S. Georgii, magnus prior Hierofolymz,& Ordinis Conful.

Aula Heroum, sine FastiRomanorum ab Urbe condita ufque ad annum Domini 1674, in quibus omnes Romanz historiz continentur Libris IV. ad Ferdinandum Mariam S.R. I. Electorem, Ducem Bavariz &c. Editio II. Patavii Typis Petri Mariz Fram-

Gli Arronzi, overo de marmi antichi,& vita di Luciô Arronziô Stella. Patavii 1655. 4.

JACOPONUS Tudertinus. Ord. Minorũ ſub Bonifacio VIII. clarus, teste Henricô Willotô. Carmina & alia opuscula pia. Italice. Venetis apud Bernardum Benalium anno 1514.

JAMBLICHUS Philosophus Platonicus, Juliani Imp. ztate, patriâ Chalcidenfis Syrus.

Orationes Protrepticz ad Phi-Argentinenfium à S.Amando ad | Iofophiam : & de vitâ Pythagora / Guilielmum III, Argentorati an- | Liber; Grzce ac latine cum Obferva-

156

fervationib. Sixti Arcerii in 4. anno 1598 apud Commelinum

Liber de vitaPythagorz cum Obferv: Defiderii Heraldi. Parifiis | gua castellana. Baezz anno 1575. apud Jerem. Perier. 1599.

Alios II. Libros de ejusdem vita MS habuit Lucas Holftenius, & contionem promittit cap. I. p.4. vitæ Porphyrii.

In Nicomachi Gerafini Arithmeticam introductionem Commentarius : Libellus item de fato cum notis Samuelis Tennuliigrzcè & latine. Accedit explicatio Joach. Camerarii in II. NicomachiLibros. Arnhemii apud Joan. Fried. Hagium 4. 1669.

· De mysteriis Ægyptiorum Opus: ex verfione Nicolai Scutelli Eremitx. Romx 4. 1556.

Plura de eo vide apud Jonfium de scriptoribus historiz Philos. Lib.III. cap. 16. Voffium de fectis Philof. p. 16. & 78.

IANNUTIUS MANETTUS Senator Florentinus, & Eques, fub Nicolao V. Pont.clarus. Obiit Neapoli anno 1459. Vide Vollium de Hift.Lat.Lib.111.c.7.

Vita Petrarchæedita primùm à Thomasino circa finem Petrarchæredivivi à p. 195.

IANUS MATHÆUS DURA- I STANTES Philosophus ac Medicus Sanctojustanus.

Problemata dzmones an fint.& an Morborum fint caufz. Venet, JANUS HUARTUS de Sant Ivan Hifpanus, Medicinz D.

Scrutinium ingeniorum kn-

JANUS RUTGERSIUS Dordracenus Belga, natus anno 189. Confiliarius Gustavi AdolphiRegis Suecorum. Obiit Hagz Com. an. 1625.

Variarum Lectionum Libri VI. Regi suo inscripti. Lugduni Batav. ex Offic Elzeviriana 1618.in 4.

JANUS VLITIUS Belga. De venatione nov-antiquâ commentarius, additus Poetis BucolicisGratio, Nemefiano & Calpurnio cura ejus editis. Lugduni Bat. 12. 1640.

IBN SORA Jacobita. Libellus adverfus Patricidem MS. ap. Elichmannum Medicum tefte Hottingerô Hiftoriz Orient. pag. 229.

R. JEHUDA BEN ELIÆZER aliàs Polei appellatus, Judzus.

five porta Judzliber ficinscriptus, editus à R. Ifaac fil. ejus ante annos LX. ait Seldenus de Uxore Hebr. Lib. I.c. 3. 8c totus est de materie incestus, juxta doctrinam Karzorum, quorum pars Jehuda hic infignis.

JEREMIAS TAYLERUS Cantabrigiensis Collegii Caji S. Th.D. Epifcopus Dunenfis anno 1666. vixit.

Exemplar magnum five hiftoria vitz & obitus Salvatoris noftri, ex offic. Stella JordaniZiletti 1567. | Anglice. Londini fol. 1657.

V∕a

Digitized by Google

S.IGNA+

De Christianarum Ecclesiarum | no 1508. apud Joan. Grüninger. fuccessione & statu. ibid. 8. 1658.

Syntagma de LXX. interpretum verfione: & LiberEftherz ex II. MSS. codicibus Bibl. Arundellianæ editus. Londini 4.1655.

Epistola de Textus Hebraici Lectionibus. 4. ibid. 1652.

JACOBUS WARÆUS Hibernus. Eques auratus.

De Scriptoribus Hiberniæ Libri II. Prior continet Scriptores in Hibernia natos: Posterioralios, qui in Olibernia munera aliqua. obierunt. Dublinii anno 1639.in 4. apud Societatem Bibliopolarum. De Hiberniâ & antiquitate ejus. Londini 8. 1654.

De Przfulibus Hiberniz Commentarius, à primâ gentis Hibernicz ad fidem Christianam conversione, ad nostrausque Tem. pora. Londini in fol, apud Ben-| botti. in 4. 1674. jaminum Tooke.

Opufcula S.Patricii edidit. vide infrav. PATRICIUS.

JACOBUS WEMMERSAnt. werpianus, Ordinis Carmelitasum.

Lexicon Æthiopicum & inflitutio Linguzejus. Romz 4.1638. Typis congreg. de fide propag.

JACOBUS WIMPHELIN-GIUS Presbyter Ecclefiz Spirenfis circaannum 1500.

Catalogue Archiepifeoporum Guilielmum III, Argentorati an- Liber; Grzce ac latine cum Ob-

& cura Joan. Mich. Moscherosch Argentorati in 4. anno 1651.

Epitome Imperatorum ac rerum in Germania gestarum. Hanoviæ anno 1594.

JACOBUS WINDET Medicus Londinenfis.

Epistola de statu vitâ functorum Londini 1663.

JACOBUS ZABARELLA Comes Magnæ crucis, Eques S. Georgii, magnus prior Hierofolymz,& Ordinis Conful.

Aula Heroum, sine FastiRomanorum ab Urbe condita usque ad annum Domini 1674, in quibus omnes Romanæ historiæ continentur Libris IV. ad Ferdinandum Mariam S. R. I. Electorem, Ducem Bavariz &c. Editio II. Patavii Typis Petri Mariz Fram-

Gli Arronzi, overo de marmi antichi,& vita di Luciô Arronziô Stella. Patavii 1655. 4.

IACOPONUS Tudertinus, Ord. Minorũ fub Bonifacio VIII. clarus, teste Henricô Willotô. Carmina & alia opusculapia Italicè. Venetiis apud Bernardum Benalium anno 1514.

JAMBLICHUS Philosophus Platonicus, Juliani Imp. ztate, patria Chalcidenfis Syrus.

Orationes Protrepticz ad Phi-Argentinenfium à S.Amando ad | lofophiam : & de vitâ Pythagora ferva.

fervationib. Sixti Arcerii in 4, anno 1598. apud Commelinum.

Liber de witaPythagora cum Observ: Defiderii Heraldi. Parifis | gua castellana. Baezz anno 1575. apud Jerem. Perier. 1599.

Alios II. Libros de ejusdem vin MS.habuit Lucas Holftenius, & editionem promittit cap. I. p.4. vitz Porphyrii.

In Nicomachi Gerafini Arithmeticam introductionem Com- Regi fuo infcripti. Lugduni Bamentarius : Libellus item de fato cum notis Samuelis Tennulägrzcè & latine. Accedit explicatio Joach. Camerarii in II. NicomachiLibros. Arnhemii apud Joan. Fried. Hagium 4. 1669.

De mysteriis Ægyptiorum Opus: ex verfione Nicolai Scutelli Eremitx. Romz 4. 1556.

Plura de eo vide apud Jonfium de scriptoribus historiz Philos. Lib.III. cap. 16. Vosium de sectis Philof. p. 16. & 78.

JANNUTIUS MANETTUS Senator Florentinus, & Eques, fub Nicolao V. Pont.clarus. Obiit Neapoli anno 1459. VideVoslium de Hift.Lat.Lib.III.c.7.

Vita Petrarchæedita primùm à Thomasino circa finem Petrarchæredivivi à p. 195.

IANUS MATHÆUS DURA-STANTES Philosophus ac Medicus Sanctojustanus.

Problemata dzmones an fint, & an Morborum fint caufz. Venet, ex offic. Stella JordaniZiletti 1567. Anglice. Londini fol. 1657.

JANUS HUARTUS de Sant Ivan Hifpanus, Medicinz D. 🔅

Scrutinium ingeniorum kn-

JANUS RUTGERSIUS Dordracenus Belga, natus anno 1589. Confiliarius Guftavi AdolphiRegis Suecorum. Obiit Hagz Com. an. 1625.

Variarum Lectionum Libri VI. tav. ex Offic Elzeviriana 1618.in 4.

JANUS VLITIUS Belga. De venatione nov-antiquâ commentarius, additus Poetis BucolicisGratio, Nemefiano & Calpurnio cura ejus editis. Lugduni Bat. 12. 1640.

IBN SORA Jacobita. Libellus adverfus Patricidem MS. ap. ElichmannumMedicum tefteHottingerô Hiftoriæ Orient. pag. 229.

R. JEHUDA BEN ELIÆZER aliàs Polei appellatus, Judzus.

five porta Judzliber ficinfcriptus, editus à R. Ifaac fil. ejus ante annos LX. ait Seldenus de Uxore Hebr. Lib. I. c. 3. 8c totus est de materie incestus, juxta doctrinam Karzorum, quorum pars Jehuda hic infignis.

JEREMIAS TAYLERUS Cantabrigienfis Collegii Caji S. Th.D. Epifcopus Dunenfis anno 1666. vixit.

Exemplar magnum five historia vitz & obitus Salvatoris noftri,

V · 3

Digitized by GOOGLE

S.IGNA+

tiochenus circa annum LXXI. poft natum Ch. electus, Romz paffus eft anno XI. Trajani. Vide de ejus sub nomine editis Epistolis Ballarm. de Script. Eccl. p. 41. Poffevinum T. I. Apparatus pag. sor. Riveti Criticum librô II. cap. . & feq. Olearium abacô & alios. Editzfunt: Grzcè cum interpr. Latina Martialis Meftrzi. Parifiis 1608. 8.

Grace cum antiqua versione Latinâ, apologia pro Ignatio, & Exercitationibus in eum, opera Nicolai Vedelii. Genevz 4. 1623. apud Petrum de la Roviere græce & latine ex editione Jacobi Ufferii. Oxonii 4. 1645.

Græce cum interp. vulgata & cum notulis Jf. Voffii è MS. Bibli- gothetz faculô IX. othecz Florentinz. Amstelodamiin 4. anno 1646. de quâ editione ita Leo Allatius disfertatione de Dominicis Græcorum par. 3. Sed, ut ingenue fatear, auttor Epistolarum, que sub Ignatii nomine fapius edita vulgo prostant, semper alias dubius, nunc demum suspicionem aslauget. Eft enim , pro câ at ate, prolixior, & rebus enodandis exactior, verbosiord, quamvis simplex, pius, &, ut illa ferebant tempora, equa ac alii Apoftoli, Chriftum fpiret. Vidi apud If Voffium juvenem erudi um, S rerum antiquarum ftudiosiffiwum; cum Rome commorarctur, Ignatii Epistelas ex antiquissimé Bibli. | fionarius & Vicarius domus S.

S. IGNATIUS Episcopus An- | otheca Florentina Codice descriptas, verbis ab editis longe diversas, sententius ut plurimum similes, breviores tamen, succinctiores, efficaciores, ut plane Ignatii avum referant; aded ut cas genuinas Ignatii esse diceres; que pre omnium manibus sunt, carum paraphrafin. Hzc ibi Allatius.

> IGNATIUS BRACCIUS Presbyter Recitenenfis. Phænicis effigies in Numifinatis & gemmâ quz in Museô Gvaldino adfervantur, & parietibus indicata, cum ejusdem avis Vindiciis. Romæ Typis Vitalis Mascardi 1637. ĩn 4.

> IGNATIUS DIACONUS magnz Ecclefiz Constantinopolitanz,& Metropolitan 's Niczz floruit. tempore Irenes ¿ Cephori Lo-

> Vita S. Nicephori Patriarchz Conftant. MS. fuit apud Allatium, qui ejus rei meminit Librô I. de consensu cap. 15. Extat autem apud Hentschenium in Vitis SS. mense Martiô.

> IGNATIUS MARIA ERNDLIN Constantiensis Lector S. Theol. Ordinis Servorum B. Mariz Oenipontiin conventu S. Josephi anno 1643.

> De Oratione mentali Liber. Oemponti Typis Wagnerianis 8. 1643.

> IGNATIUS à JESU MARIA Ordinis Carmelitarum discale. Mis-Ma-

Mariz. De remediis in Bafforâ urbe Melopotamiz.

Narratio errorum Chriftianorum S. Joannis Baptiftz. Romæ Typis Congregationis de fideprop. 1652. in 8.

Grammatica Linguz Perficz. ibid. 4. 1661.

S. IGNATII LOJOLÆ Societatis Jelu Fundatoris, Vita univerla artificiolisimis figuris reprzfenta prodiit Romæ in 4.1609.

IGNATIUS GASTO-PARDIES è Societate Jefu. Elementa Geometriz Parifiis in 12. anno 1671.

De cognitione Brutorum gallicè. ibid. anno 1672. in 12.

IGNATIUS PRAGENSIS Monasterii Cassinensis Prior.

Vita S. Bertharii Abbatis Cafinenfis & Martyris MS. in Bibl. Joan. Baptiftæ Mari tali exordiô : Tempore quo facrum Imperium. &c. Meminit ipfe ad Petrum Diaconum. cap. XII. vide & Labbæum in Bibl. MSS. Librorum p. 365.

ILDEPHONSUS de FLORES Noblexenfis. Commentarius litteralis panegyricus & Moralis in caput XXIV. Ecclefiaftici. Antwerpiz 1661. f.

ILDEPHONSUS | MENDOZA Hispanus, Ordinis D. Augustini, Professor Theol. in academia Salmanticensi.

Quaftiones quodlibetales. Sal- Antwerpiz in fol. 1651. manticz anno 1590. JOANNA OTTONIA (

ILDEFONSUS NUNESIUS. De pulfibus Tractatus. Salmantice 4. anno 1666.

ILDEFONSUS POPUS Pincianus. Comentaria in Hippocratis prognoftica. Matriti 4. 1596.

ILDEPHONSUS Episcopus Toletanus, ex Abbate Cænobii Agaliensis Ordinis Canonicorum Regul. ad mænia Toletana. Obiit anno æræ Chr. 669. Vide Schotti Bibl. Hisp. p. 182.

De illibatâ Virginitate S. Dei Genitricis D. Mariz Libellus. Valentiz in 8. anno 1556.

INNOCENTIUS III. Romanus Pontifex, patriâ Anagninus, Lotharius antea dictus, circa annum 1200. floruit.

Epistolarum Libri cum notis Pauli du May. Parifiis 8, 1625.

Iidem Libris IV. cum Notis Francisci Bosqueti JC. Tolosz fol. 1635-

De contemptu Mundi libellus, Duaci 12. anno 1633.

INNOCENTIUS V. Ponțifex M. anteà Petrus Tarantafienfis, natione Burgundus, Ord. Przdicatorum. Vixit circa annum. 1275.

2 1661. f. In IV. Sententiarum Libros ILDEPHONSUS | MENDOZA Hi- | commentarii. Tolofz fol. 1652.

> JOACHIMUS BRULIUS Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Hiftoria Peruana Ordinis fui. Antwerpizin fol. 1671.

JOANNA OTTONIA Gandenfis Po-



Poetria, Joannis Othonis Viri | & abbas, deinde Celsonensis in. darishmi filia, Gvilielmi Mayart in Provinciali quondam Flandriz confiliô Advocati conjux. Poemata five Lufus poetici extemporanei. Antwerpiz apud Gviliel. à Tongris 8. anno 1617.

- JOANNES ACTUARIUS Medicus Græcus, circa annum Ch. 130. vixit ut refert Georgius Acropolita cap. 39. Argenterius de Urinis cap. 39. cum fabulosa multa feripfiffe & Oratorum more opus fuum extulisse ait.

De Urinis Libri VN. Ultraje-Ati in 8.4670.

JOANNES ADELPHUS Argentoratenfis, Medicus Soltaffhufanus. Mentionem eius facit Eysengreinius in Catalogô ad annum 1515.f. 489.

barofiz germanice. Argentoratiper Barthol. Grüninger 1535. infoliô.

IOANNES BAPTISTA ADRIANI Nobilis Florentinus, natus anno l Oh. 1511. Obsit anno 1578.

bris XXII. Italice. Venetiis 1587-4.

-11.1

Catalonia Episcopus. Obiit anno 1621.

